



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

85. Annua postridie supplicatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

1661.

pullulasse, et talia pignora Urbi invi-
lisse, nihil fuisse aliud, quam Pontificis
boni Pastoris voce oneribus acclamasse.

PAX VOBIS.

Cum suos Orbi radios Titan subduxisse,
cepit Vulcanus successor e' vasis piccis,
versatiles rotæ, lucernis graves, ex editio-
rum turrium fastigiis in gyro corulcare.

85.

*Annua rix sacer erat. Hanc de veteri more ador-
postridie natam, præsentiam suam, & nobilium com-
supplica- tauri, Princeps illustravit. Ordo scere idem
tio.*

Posterus dies annuæ majori Theopho-
riæ sacer erat. Hanc de veteri more ador-
postridie natam, præsentiam suam, & nobilium com-
supplica- tauri, Princeps illustravit. Ordo scere idem
qui hesternus; in eo tantum mutatus, quod
absque fastuoso pluvialium amictu devo-
tior Clerus incederet, & qui pridie nume-
rosus extra muros excubabat miles, con-
densatis hodie ordinibus, solam occupa-
ret Civitatem. Cathedralis areæ latus dex-
trum *Plurenius*, sinistrum *Walpotius* cum
Legionibus suis ita insidebant, ut inter
utrumque supplicantum cætui transitus
liber pateret. Exeentes, redeuntēsq; duo-
decim basiliscorum (quod tunc genus tor-
menti isthic compositum erat) & concordi
bombardarum explosione venerabantur.
Finita supplicatione & peractis in Basilicâ
divinis, redditum est ad majus Aulæ triclini-
um, ubi convivales epulæ, priore ma-
gnificentia instauratae, convivas expeda-
bant. Appetente vespero visa iterum ex
vasis, & turribus, ignium hilaria.

Tertia